ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT MIT ASTRONOMISCHEN TEXTEN
um 1430/1440
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Si vis scire capacitatem vasis accipe primo vas parvum quadrangulare ut una stopa cervisie vel vini alicuius civitatis mensure cui vis habere quod plene possit intrare Cuio vase scilicet funde unam stopam plenam vini vel aque predicte mesure et pone illud vas diligenter quod undique erecte stat Cuio vase erecte stante intrude baculum tenuem et subtilem de ligno et nota cum puncto in superiori parte baculi ubi aqua tangit baculum Deinde tinctoque illa in baculo divide in particulas quas tibi placet sicut 100 vel 10 Deinde cum illis punctis baculi invenias aream fundi vel superiorem partem vasis predicti sicut multiplicando unum latus per aliud exquo vas est quadrangulare Ipsa area habita multiplica aream vasis per profunditatem vasis et veniet sibi numerus capacitatis particularum sive guttarum illius vasis sicut tocius stope cuius numerus gre radicem cubicam quia accipe de punctis per habitis in baculo et signa illud specialiter ex. gr. si habes 9 per radicem tunc accipe 9 particulas in baculo de punctis quas habes in baculo Et si ille numerus sicut radix non placet tibi quia forte non scires ipsum competenter dividere in quartalia vel octalia tunc accipe alium numerum ad placitum tuum et quanto maiorem accipias tanto pacius Sit gratia exemplum 1000 tunc 210 veniunt super unum quartale et 121 super unum octale et illius numerus sicut 1000 gre radicem cubicam et sunt 10 dividende ergo illud spacium quod prius habuisti cum prima radice sicut cum 9 particulis in 10 et quilibet punctus ondit magnitudinem gutte vini de illis 1000 et in 10 triatum super una stopa mesure predicte in figura cubica posita quia mesura pone ad aliud baculum auricalceum vel de alio metallo fenum una stopam post aliam sicut spacium de 10 punctis usque ad finem baculi Deinde sub divide quilibet spacium in 10 particulas et habebis baculum qui baculus sit ita longus quod cum eo potes capere longitudinem vasorum et spissius mediocri cultellum et latius ut ita puncta scribere possis numerum punctorum semper de 10 in 10 procedendo vel de numero quartalium in quartale sicut placet

Cubus huius radicis est una Stuppa vine Auspice Deo
et facitur venum

Si vis quod mesurare aliquod vas Accipe baculum predictum et invenias dyametrum vasis sive fundi quod idem est cum punctis baculi quod numerum punctorum signa exterius adassere Deinde accipe dyametrum porificium precise in medio vasis semper per numerum punctorum quod numerum punctorum scribe iuxta alium Deinde istas duas dyametros debes equare simul et hoc sic subtilitedo minorem numerum a maiori et medietatem residui adde ad numerum minorem et equasti Vel sic et melius quod tamen